



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

VII. Nunquid veteres Doctores hanc interiorem Confessione[m]
peccatorum, quae soli Deo fit, etiam exegerint à poenitentibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

quodd aliter homo sentire non possit, quid per misericordiam DEVS concesserit: Qui enim memor est cumuli peccatorum suorum, erit & memor magnitudinis misericordiae DEI; Qui verò morborum suorum, veluti loethargo occupatus, obliuiscitur, quo tandem pacto misericordiae medicinam fideliter requireret, aut accipiet? Quamobrem in Prouerbiis legimus: Iustus prior accusator est sui. Et iterum: Qui abscondit scelera sua, non dirigetur; qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Nō demoreris (inquit Iesus Sirach) in errore impiorum; ante mortem confitere; à mortuo, quasi nihil, perit Confessio. Confiteberis viuens, viuens & sanus confiteberis, & gloriaberis in miserationibus illius.

Nunquid veteres Doctores hanc interiorem Confessionem peccatorū, quae soli DEO fit, etiam exegerunt à pœnitentibus?

SANCTIS ac piis viris hæc interior ad Deum Confessio ad eam curam erat, vt etiam ea quae iam credebant remissa, in memoriam reducerent, hoc scientes, quod etsi culpam de præsentibus non haberent; recordationes tamen præteritorū peccatorū, & luctum animabus suis plurimū prodesse, vel ob id, quod animæ

Cur Deus, qui nihil ignorat Confessionē nostrā requirat.

Prou. 18.

Prou. 28.

Eccle. 4.

Quaestio VII.

Respōsio.

Caput I. De Definitione

animæ verecundiam incutere, eamque ad amorē eius, qui tam multa, & tam magna concessit, prouocare possent, considerantes, quia nisi miseratio eius subuenisset, tantum illud peccatorum pondus eos inferni suppliciiis mancipasset.

- Psal. 31. Proinde Dauid Rex, quamuis remissum iam sibi peccatum esset, nihilo secius tamen, ille in conscientia sua, tanquam in imagine, adulterium & homicidium depicta habebat. Et per singulos dies præteritam illam putredinem intuens, dicebat: Iniquitatem ego meam cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Hinc illud Ezechia: Recogitabo tibi (Domine) omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ.
- Psal. 50. Ad eundem modum Paulus Apostolus, etiam illa commemorat, quæ per ignorantiam comissa, gratia Baptismi & Confessio fidei aboleuerat. Christus Iesus, inquit, venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Et iterum: Et
- Esa. 38. fidelem me existimauit, ponens in ministerio, qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus, supra modum persequens Ecclesiam DEI, & expugnans eam, qui non sum dignus vocari Apostolus. Paulus ergo etiam illorum meminit, quorum erat veniam consecutus.

1. Tim. 1. Gal. 1. 1. Cor. 16.

Nos verò nec ista recordamur, quæ post Baptismum commisimus; cæterum etsi aliquando

quando ad recordationem venerimus, statim effugit cogitatio, & transimus ad alia, & nec integra quidem hora patimur animam nostram afflictione mœroris huius astringi.

Hęc igitur caussa est, quòd malis addimus mala: Quid enim prohibet, vbi nihil metuitur, vbi nihil verecūdię, nihil pudoris admittitur, vt nō in omnes perditionis foueas demergamur? Quas, ne incidamus, Dominus apud Ezechielē saluberrima admonitione nos Ezech. 20. pramunit: Recordabimini, inquit, viarum vestrarum, & omnium scelerum vestrorum, quibus polluti eratis, & displicebit vobis in conspectu vestro in cunctis malitiis, quas fecistis, & scietis, quia ego Dominus, cūm benefecero vobis propter nomen meum; non secundūm vias vestras malas, neque secundūm scelera vestra pessima.

Quoties interior hæc & mentalis peccatorum Confessio soli DEO fieri debet?

*Questio
VIII.*

Sine intermissione: Si enim oratio nostra ad DEVM perpetua esse debet; orationis autem præsertim illius, quam nos docuit Christus, vis tota in eo consistit, vt DEI bonitati omnia, nobis nihil tribuamus, DEI nomen sanctificemus; nos verò nostraque opera coram DEO accusemus, ac

Responsio.

D damne-